NEC SI FRIGORIB· MEDIIS HEBRUMQ· BIBAMUS
SITHONIASQ· NIUES HIEMIS SUBEAMUS AQUOSAE
NEC SI CUM MORIENS ALTA LIBER ARET IN ULMO
AETHIOPUM UERSEMUS OUIS SUB SIDERE CANCRI
OMNIA UINCET AMOR ET NOS CEDAMUS AMORI
HAEC SAT ERIT DIUAE UESTRUM CECINISSE POETAM
DUM SEDET ET GRACILI FISCELLAM TEXIT HIBISCO
PIERIDES UOS HAEC FACIETIS MAXIMA GALLO
GALLO CUIUS AMOR TANTUM MIHI CRESCIT IN HORAS
QUANTUM UERE NOUO UIRIDIS SE SUBICIT ALNUS
SURGAMUS SOLET ESSE GRAUIS CANTANTIB· UMBRA
IUNIPERI GRAUIS UMBRA NOCENT ET FRUGIBUS UMBRAE
ITE DOMUM SATURAE UENIT HESPERUS ITE CAPELLAE

TURCIUS RUFIUS APRONIANUS ASTERIUS UC ET INL EX COMITE DOMEST PROTECT EX COM PRIV LARGIT EX PRAEF URBI PATRICIUS ET CONSUL ORDIN LEGI ET DISTINXI CODICEM FRATRIS MACHARII UC NON MEI FIDUCIA SET EIUS CUI SI ET AD OMNIA SUM DEUOTUS ARBITRIO XI KAL MAI ROMAE

P. UERGILI MARONIS

BUCOLICON LIBER EXPLICIT